

# Commentarium Septimum in ‘Sibi Scribere’

AKAI Kioakius

## 1 Praemissa

Multa errata sunt inventa in libris quos hoc anno legi. Quod stupefecit me et fecit me scribere hanc commentationem. Haec enim errata non fecissent auctores qui quidem sanae mentis essent. An vero illi qui philosophiae prae-textu, libros plenos errorum publicantes, alios vexant et decipiunt, id amico et benigno animo vel ambitione agant, ipsorum testificor conscientiam.

Haec commentatio sequens est de expressione quam Feuerbach Graece scripsit in ejus dissertatione *De ratione, una, universalis, infinita*.

例えば“δοξασòς”(sic) は、現代ならば“δοξαστòς”と書くべきところであるが、前者の表記法をそのまま採った、など（半田， p. 98.）

In hoc loco, Feuerbach recte scripsit  $\delta\omicron\xi\alpha\sigma\tau\omicron\varsigma$ <sup>1</sup> utendo ligatura( $\varsigma$  et  $\tau$ ), quam Prof. Handa non cognovit.

Saeculo vero undevicesimo saepe inveniebantur ligaturae Graecae, exempli gratia,  $s$  et  $\tau$ ,  $o$  et  $v$ , quas ille non cognoscere videtur. Ligatura vero non docetur incohantibus in primo libro qui est de grammatica Graeca, sed eruditi qui libros saeculo undevicesimo Graece scriptos legere volunt, ligaturam proprie discere debent.

His ita constitutis, videamus porro quae facta sunt circa linguam Graecam errata ab multis auctoribus qui putantur pro professoribus doctis.

## 2 Exempla

In exemplo sequente, idem erratum iteratur in duobus libris scriptis ab auctore celebri qui putatur linguam Francogallicam, Italicam, Latinam et Graecam scire. Sed, saltem, quatenus ad Graecam pertineat, in dubio est hunc auctorem legere textum Graecum.

Hic enim auctor perperam intellegit nomen editoris hujus libri et bis scripsit nomen falsum.

Aristoteles, *De anima*, Ed. W. Jaeger(sic), Oxford: 1956. [Markus Gabriel, 2006, S. 484.]

Aristoteles: *De anima*, ed. Werner Jaeger(sic), Oxford 1956. [Markus Gabriel, 2009, S. 311.]

In hic locis, Markus Gabriel scripsit nomen editoris horum librorum, “W. Jaeger” seu “Werner Jaeger” quod est plane erratum. Si autem recte scribitur, sic;

Aristoteles, *De anima*, Ed. D. Ross, Oxford: 1956.

Aristoteles: *De anima*, ed. David Ross, Oxford: 1956.

---

<sup>1</sup>L. A. Feuerbach, 1828. *De ratione, una, universalis, infinita, Dissertatio Inauguralis Philosophica*, Erlangae, p. 1.

Hoc erratum iteratum ostendit hunc auctorem non legere textum Graecum Aristotelis, quia ille non fecisset hoc erratum, si textum Graecum legisset. Quamobrem hujus modi auctor laudatur, nescio et ridiculum est hunc auctorem habere gradum doctoris philosophiae.

Hic rerum status insultat hominibus qui sincere philosophantur. Descriptio vero philosophica quae est sine sinceritate non poterit esse subiectum utile sed vanitas hujus auctoris, ut planius dicam, vexatio juvenibus.

Nunc videamus quid sit exemplum quod posuit Derrida qui videtur regulam accentus non scire et scripsit sic;

le mot *φιλοσοφία*(sic) [J. Derrida, 1967. *L'écriture et la différence*, p. 120.]

In hoc loco, Derrida bis scripsit *φιλοσοφία*, quod est erratum et scripsisset *φιλοσοφία* pro *φιλοσοφία*. Neglegens enim accentus Graeci, ille accentum acrem ab accentu gravi distinguere non potest, quamvis scribat Francogallicam quae tres accentus (acrem, gravem et circumflexum) habet.

Deinde, exemplum sequens est multum perplexum et confusum, quod detegunt ignorantiam horum translatorum.

usteron proteron *στερον ὑπρότερον*(sic) (デリダ, 1977, 『エクリチュールと差異 (上)』, 若桑毅/野村英夫/阪上脩/川久保興 (訳) p. 82.)

In hoc loco, translatores scripsissent *ὑστερον πρότερον* pro *στερον ὑπρότερον*. Haec enim expressio est vitiosa et praeter quaestionem.

Derrida autem scripsissent ‘hysteron’ pro ‘usteron’ et in melius ‘ὑστερον’ pro ‘usteron.’ ‘usteron’ quod Derrida scripsit, est magnopere ridiculum et peregrinum. Quo vero viso, Boethius dicat, ‘o si tacuisses, philosophus mansisses!’ (Confer, Boethius, *De Consolatione Philosophiae*, 2, 7, 74–77.)

Iterum, Derrida ponuit textum Francogallicum<sup>2</sup> cum locutione Graeca *de interpretatione* Aristotelis (16a6) sic:

*immédiatement les signes*(σημεία πρώτως)(sic) [J. Derrida, 1967, *De la grammatologie*, p. 22.]

In hoc loco, Derrida scripsisset *σημεία πρώτων* pro *σημεία πρώτως*. Quamobrem ille sic erravit, nescio.

De novo, Levinas scripsit verbum Graecam, sic:

*καθ' αυτό*(sic) [E. Levinas, 1980, *Totalité et Infini Essai sur l'extériorité*, p. 36 et passim.]

In his locis, Levinas scripsisset *καθ' αυτό* pro *καθ' αυτό*. Quare ille distinctionem aspirationis facere non potest, nescio.

De integro, Frider. Guil. Joseph. Schelling scripsit de malorum origine et Prof. Doctor Matsuyama commemoravit grammaticae sic:

「哲理の」と訳した *philosophematis* は、動詞 *philosophemo* の現在分詞 *philosophemans* の属格形である (松山, 2004, p. 12.)

<sup>2</sup>Cujus translationem nescio.

Haec commemoratio est plane erratum. Genetivus enim participii praesentis est non ‘philosophematis’ sed ‘philosophemantis.’ Iterum ‘philosophematis’ est genetivus nominis neutri ‘philosophema’ quod oritur ex verbo Graeco *φιλοσόφημα*, quod significat subjectum investigationis scientiae vel tractatus philosophici.

De novo, hic auctor scripsit verba Graeca passim, sic:

*φιλοσοφουμενον* (松山, 2004, p. 12.)

Hic auctor scripsisset *φιλοσοφούμενον* pro *φιλοσοφουμενον*. Et pronuntiatio est erratum. Porro scripsit sic:

*ὁ θεός* (松山, 2004, p. 17.)

Ille scripsisset *ὁ θεός* pro *ὃ θεός*. Praeterea, scripsit sic:

*οἱ θεοί* (松山, 2004, p. 17.)

Ille scripsisset *οἱ θεοί* pro *οἷ θεοί*. Praeter hoc, ille commemoravit sic:

ここに見られるギリシア語の *φιλοσοφούμενον*<sup>3</sup> という語形は、動詞 *φιλοσοφέω* (哲学する = 知恵を愛する) の現在分詞 *φιλοσοφέομαι*(sic) の対格形である (松山, 2004, p. 35.)

Haec commemoratio est probate erratum. quod demonstrat ignoratiam grammaticae Graecae hujus auctoris. *φιλοσοφέομαι* enim verbum finitum (praesens singularis primae personae), et participium praesens est *φιλοσοφούμενος*.

Quamobrem hic auctor stat in utendo participium praesens, nescio, sed ille scripsit ‘participium praesens’ passim.

Quoquomodo ille regulas accentus et aspirationis non didicit. Ridiculum autem hunc auctorem esse doctorem philosophiae, immo vero etiam hic liber est gravis et vexat juvenes qui hunc librum legentes philosophiam perscutari volunt. In hoc libro quid majus factum est, an dicam immanius quam hoc erratum.

### 3 Epilogatio

Nemo adhuc errata quae verbis descriptis indicantur et nomina auctorum eruit. Quas ob res hoc feci? Multi enim dicant, ‘Haec facere non possum. Aliquis faciet.’ Libri vero supra relati qui errata continent, vexant juvenes qui haec errata animadevertere non possunt.

Postremo videamus exemplum in quo hic translator erraneus accepit *ἐψεξῆς* pro *ἐφεξῆς* quod Deleuze recte scripsit, sic;

接続関係に *ἐψεξῆς* (財津 (訳), p. 448.)

Praeter hoc,

<sup>3</sup>In editione, *Schelling Werke 1*, verba Graeca inveniuntur sine accentibus. Fr. W. J. Schelling, 1976, *De malorum origine(1792)*, in *Schelling Werke 1*, p. 64.

接続関係に ἐψεξις (財津 (訳), p. 449.)

In hic locis, Deleuze recte scripsit ἐψεξις<sup>4</sup>, quod hic translator non cognovit.

Praeter hoc, Lacan posuit exemplum Graecum sic;

Τοσαῦτα τόν(sic) ἀριθμὸν(sic) τὸ διὰ τί περοείληφεν. [J. Lacan, 1966, p. 876.]

Si autem recte scribitur, sic;

Τοσαῦτα τὸν ἀριθμὸν τὸ διὰ τί περοείληφεν.

In hoc loco, Lacan scripsisset τὸν pro τόν, et ἀριθμὸν pro ἀριθμὸν, quod demonstrat ignorantiam grammaticae Graecae hujus auctoris. Ut planius dicam, ille Graecam nescit et praetendit eam scire. ‘Risum teneatis, amici?’ (Horatius, *De arte poetica*, 5.)

Iam si mihi credis, haec multa errata ita sunt intellegenda, ut contingent ex ignoratnia grammaticae Graecae horum auctorum qui simulant scire linguam Graecam, non vero scientes. Si ergo sic hi auctores sunt, gradum dissertationis admittere non possunt.

Grammatica Graeca quam aversatur, aliquis libros publicare potest, et falsa grammatica Latina quam imperfecte didicit, professor fieri potest; veritate vero quam non cognoscit, grammatica vera Graeca et Latina quam aversatur, philosophus verus fieri non potest. Ignorantes externos frustra induit mores, cum philologia et sinceritate opus sit ut philosophus verus fiat. Quod autem admonet nos de his verbis Nicolai de Cusa, sic;

Nihil enim homini etiam studiosissimo in doctrina perfectius adveniet quama in ipsa ignorantia, quae sibi propria est, doctissimum reperiri; et tanto quis doctor erit, quanto se scierit magis ignorantem. [Nicolai de Cusa, *De docta ignorantia*, I, 1, p. 6, 19–22.]

Si igitur recte disputavimus, haec exempla ostendunt quod omnes supra commemorati qualiter seducti sint et longe fuerint a veritate.

## Bibliographia

- Aristoteles, 1956(1978), *Aristotelis Categoriae et De Interpretatione*, ed. L. Minio-Paluello, Oxford: Oxford University Press.
- Boethius, 1918(1978), *Tractates, De Consolatione Philosophiae*, Trans. H. F. Stewart, E. K. Rand, S. J. Tester, Cambridge, MA., London: Harvard University Press, Heinemann.
- Deleuze, G. 1968, *Différence et répétition*, Paris : PUF.
- ドゥルーズ, 2007, 『差異と反復 上』, 財津理 (訳), 河出文庫, 東京: 河出書房新社.
- Derrida, J., 1967, *De la grammatologie*, Paris : Minuit.
- ———, 1967, *L'écriture et la différence*, Paris : Seuil.
- デリダ, 1977, 『エクリチュールと差異 (上)』, 若桑毅/野村英夫/阪上脩/川久保興 (訳), 東京: 法政大学出版局.

<sup>4</sup>G. Deleuze, 1968. *Différence et répétition*, p. 50.

- Feuerbach, L. A., 1828, *De ratione, una, universali, infinita, Dissertatio Inauguralis Philosophica*, Erlangae.
- Gabriel, M., 2006, *Der Mensch im Mythos*, Berlin: Walter de Gruyter.
- ———, 2009, *Skeptizismus und Idealismus in der Antike*, stw 1919, Frankfurt a. M.: Suhrkamp.
- 半田秀男, 1999, 『理性と認識衝動—初期フョイエルバッハ研究— (下)』, 広島: 溪水社.
- Horatius 1947(1983), *Opera Omnia*, ed. B. Wyss, Frauenfeldae: Huber.
- Lacan, J. 1966, *Écrits*, Paris : Seuil.
- Levinas, E., 1980, *Totalité et Infini Essai sur l'extériorité*, La Haye/Boston/Londres : Nijoff.
- 松山壽一, 2004, 『人間と悪 処女作『悪の起源論』を読む』, 奈良: 萌書房.
- Nicolai de Cusa, 1932, *Opera Omnia I, De Docta Ignorantia*, ed. E. Hoffmann, R. Klibansky, Lipsiae: Meiner.
- Schelling, Fr. W. J., 1976, *De malorum origine*(1792), in *Schelling Werke I*, Stuttgart: Frommann-Holzboog.

(Akai, Kiyooki, Universitas Hiroshimaensis [Philosophia])

## Commentarium Septimum in ‘Sibi Scribere’

AKAI Kioakius

An vero illi qui philosophiae prae-textu, libros plenos errorum publicantes, alios vexant et decipiunt, id amico et benigno animo vel ambitione agant, ipsorum testificor conscientiam.

In libris quos scripserunt doctores famosi, multa expressionum Graecarum errata invenimus, quae videntur oriri ex ignorantia grammaticae Graecae horum auctorum. Quod vero vexat studium philosophicum eorum qui sincere philosophantur.

Iam si recte disputavimus, haec multa errata ita sunt intellegenda, ut contingent ex ignorantia grammaticae Graecae horum auctorum qui simulant scire linguam Graecam, non vero scientes.

Grammatica Graeca quam aversatur, aliquis libros publicare potest, et falsa grammatica Latina quam imperfecte didicit, professor fieri potest; veritate vero quam non cognoscit, grammatica vera Graeca et Latina quam aversatur, philosophus verus fieri non potest. Ignorantes externos frustra induit mores, cum philologia et sinceritate opus sit ut philosophus verus fiat.